

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1179

Auteur(s) : Roger Goisbert de Ver [particulier]

Bénéficiaire(s) : Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1252, mai

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Roger Goisbert donne en pure et perpétuelle aumône et garantit à l'église de Bayeux, pour l'obit du doyen Guillaume IV de Semilly, 6 quartares de froment sur des terres à Ver : les exécuteurs testamentaires du doyen lui versent 6 livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCXCI, t. 2, p. 113-115.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentes et futuri quod ego Rogerus Goisbert, de Ver, dedi, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, Deo et ecclesiæ beatæ Mariae Baiocensis, in puram et perpetuam elemosinam, ad recolendum, singulis annis, in eadem ecclesia, bonæ memoriarum Wilhelmi, quondam decani Baiocensis, secundum consuetudinem ejusdem ecclesiæ, sex quartarios frumenti, ad mensuram de Ver, percipiendos annuatim in una virgata et in quarta parte unius virgatæ terræ sitis in territorio de Ver, apud Arborem, inter terram Turgisii Burgan ex una parte, Radulfum Varenc ex altera, et in una virgata et dimidia sitis apud Karrerias, inter terram Heliæ Vavassor ex una parte, et terram Johannis de Monasterio ex altera, et in masuagio meo sito inter domum Gervasii Pelleve ex una parte, et domum Wilhelmi filii Trinot ex altera. Volo autem et concedo quod ego vel hæredes mei non possimus prædictas terras et masuagium conferre, vendere, vel aliquo modo a nobis alienare, quin prædicta ecclesia prædictos sex quartarios frumenti libere et quiete possit percipere annuatim, et communia Baiocensis duos bossellos ordei ad prædictam mensuram, de tertio anno in tertium annum, ratione feodi quadrigæ, et facere justiciam suam in prædictis terris et in masuagio pro redditibus supradictis. Ego autem et hæredes mei tenemur dictæ ecclesiæ omnia præscripta contra omnes garantizare, vel excambiare alibi competententer (sic). Pro hac autem garantizatione, a me et hæredibus meis de cetero facienda, executores testamenti dicti decani dederunt mihi, de bonis dicti decani, sex libras Turonenses. Quod ut firmum permaneat in posterum, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense maii.